IRIMBERTUS ADMONTENSIS

Admont, um 1175 Seite 9

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

meum erit desiderium. in effusione lacri
marum. ut impleat dominus verbum suum.
mittendo filium suum. SEQUITUR.
Mansit ergo mulier et lactavit filium su
um. donec amoveret eum a lacte. et
adduxit eum secum. postquam ablactave
rat in vitulis tribus. et tribus modiis farine.
et amphora vini. et adduxit eum in do
mum domini in Sylo. Puer autem adhuc erat in
fantulus. Et immolaverunt vitulum. et
optulerunt puerum Heli. Et ait Anna. Ob
secro mi domine. vivat anima tua domine.
Ego sum illa mulier. que steti coram te hic
orans dominum pro puero isto. Oravi. et dedit
mihi dominus peticionem meam quam postulavi eum.
Idcirco et ego commodavi eum domino. cunctis
diebus quibus fuerit accommodatus domino.
MULIER manet. cum sancta ecclesia. vel una
queque fidelis anima. perseverantiam di
vine dilectionis fortiter et firmiter tenet.
Filium suum ablactat. dum suum interiorem et exteri
orem hominem. ad timorem et amorem di
vinum informat. In vitulis tribus eum abla
ctat. dum eum deo per sacrificium contritionis. per
sacrificium pietatis vel devotionis. et per sacri
ficium laudis conciliat. Sacrificium enim contri
tionis immolat. dum peccata sua in ama
ritudine penitentie et satisfactionis ex
piat. De quo sacrificio dicitur in psalmo.
Sacrificium deo spiritus contribulatus. Sacrificium
pietatis vel devotionis immolat. dum ut
de preteritis malis deo digne satisfaciat. per
pietatis devotionem bona queque exaggera
re non cessat. Quem fructum pietatis apostolus
his verbis commendat. Corporalis inquit
exercitatio ad modicum utilis est. pietas
autem ad omnia utilis est. Et iterum. Est autem
questus magnus. pietas cum sufficientia.
Sacrificium laudis deo immolat. qui vel per
penitentie effectum. vel per iusticie profectum.
continuas gratiarum actiones deo offer
re non cessat. De quo sacrificio dicitur
in psalmo. Sacrificium laudis honori
ficabit me. De his tribus vitulis. iterum
psalmista dicit. Tunc acceptabis sacri
ficium iusticie. oblationes et holocau
sta. tunc imponent super altare tuum
vitulos. Sacrificium enim penitentie.
fit sacrificium iusticie. sacrificium pie
tatis. fiunt oblationes devotionis.
Sacrificium laudis. fiunt holocausta
compunctionis. que sicut vituli super
altare imponuntur. dum super aram cordis
in odorem suavitatis accenduntur.
Mulier tribus modiis farine filium ablac
tat. dum sancta ecclesia suum alumnum. vel in
fide sancte trinitatis. vel triplici intelli
gentia sancte scripture. ad litteram. ad alle
goriam. ad moralitatem informat. vel
in triplici custodia, cogitationis. lo
cutionis. et operationis. a peccati sordi
bus conservat. Iungitur ablactatio
ni etiam amphora vini. que est vel le
ticia intelligentie spiritalis. vel duplex
refectio compunctionis. de qua dicitur
in psalmis. Potasti nos vino compun
ctionis. Puer a lacte amovetur. dum
quilibet sancte ecclesie alumnus. a teneris
fidei et ecclesiastice institutionis rudi
mentis. quibus quasi lactens vivit in
sua infantia imbuitur. ad perfecte
doctrine soliditatem promovetur.
Lac inquit apostolus potum dedi vobis non
escam. non dum enim poteratis. sed nec ad
huc quidem potestis. Et rursum. Per
fectorum autem est solidus cibus. eorum qui per
consuetudinem exercitatos sensus ha
bent. ad discretionem boni et mali.
De hac ablactatione per ysayam dicitur.
Quem docebit scientiam? et quem intel